



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per  
Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Vita & honestate Prælatorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

Pallium qui à Pontifice impetravit , proventibus potestateque administrandi, quæ Pallii concessio tribuit, privatur, si absque literis traditionis Pallii discedat. *Extr. injuncta.*  
*§. illi etiam. de electione.*

Potestas per Pallium tributa , morte ejus qui illud impetravit, extinguitur ; personam enim non transit.

Unde alteri commodari nequit , & quisque cum suo Pallio debet sepeliri. *c. 2. de auct. & usu pall. c. nemo Clericus. 40. de consecr. dist. 1.*

### *De Vita & honestate Prælatorum.*

T I T. IX.

**H**actenus de Episcoporum creatione: restat, ut quales in vita & conversatione, ut & alii Sacerdotes, esse debeat, enarreremus.

Debent esse sine crimine, & populum, cui præsunt, conversatione & innocentia præcellere: *c. unum orarium. 3. vers. oportet Episcopum. dist. 25. ab improborum commerciis abstinere: in corrigendis Clericis & Laicis magis caritatem quam potestatem exercere: dissidentes ad pacem magis quam ad judicium compellere: c. licet plenumque. 4. dist. 45. in corrigendo lenitatem cum severitate miscere: orationi & prædicationi insistere: tot. dist. 36. & seq. hospitales & liberales, tot. dist. 42. sobrii, prudentes & periti esse: dist. 44. in sum. & per tot. secularibus negotiis se non implicare: c. 2. 21. q. 3. & per tot. pudici esse & domesticarum personarum immoderatam familiaritatem vitare: dist. 34. in sum. & per tot. per decentiam habitus extrinseci intrinsecam morum honestatem indicare. dist. 40. per tot. & Clem. 2. de vita & honestate Clericorum.*

### *De Translatione.*

T I T. X.

**V**T Archiepiscopi , licet confirmati & consecrati , potestas , si pallium non accipiat , extinguitur ; ita & Epi-